

Iohannis Peckham. *Quaestio disputata* “*De aeternitate mundi*”

Autor:

Omar Argerami

Revista:

Patristica et Mediævalia

1975, 1, 82-100



Artículo



FILO:UBA
Facultad de Filosofía y Letras

FILODIGITAL
Repositorio Institucional de la Facultad
de Filosofía y Letras, UBA

TEXTOS

IOHANNIS PECKHAM QUAESTIO DISPUTATA "DE AETERNITATE MUNDI"

Texto crítico y notas por OMAR ARGERAMI *

Huius quaestio "De aeternitate mundi", quam Iohannes Peckham disputavit, textum e duobus codicibus manuscriptis, qui Florentiae in bibliothecibus asservantur, excerpseramus; scilicet e Bibliotheca Laurentiana qui signatur Plut. XVII, sin. 8 (foliis 97^{ra}-99^{ra}), atque qui in Biblioteca Nationali ut Conventi Sorpresso J.I.3 (foliis 61^{ra}-63^{ra}), dinumeratur. Qui ambo satis eruditeque a viris peritissimis descripti sunt¹, qua de causa nobis hic quae iam ab illis de codicibus istis dicta sunt inopportunum repetere visum est.

Ad textum edendum, illum qui in codice laurentiano continetur et in sequentibus semper littera L designatur, sequuti sumus, tum quia melius videtur traditionem ad quam ambo pertinent codices exprimere, tum quia lectionem offert minus faltis obscuratam. Codex Bibliothecae Nationalis, e contra, qui a nobis codex N appellatur, maiores quantitate qualitateque vitiis afficitur tam propter lapsus calamī vel attentionis quam ex erroribus comprehensionis in textu apparentibus. His vero rationibus, tantum ad comparationem et emendationem, praesertim in locis lectu difficilioribus, textu hoc usi sumus.

Quod ad attributionem huius quaestio pertinet, aut dubium illam, a Iohanne Peckham redactam esse affirmari potest, quia hoc clarissime in codice N scriptum apparet. Atque, quamvis in codice L anonime posita, inter quaestiones certissime ad nostrum auctorem pertinentes inclusa est. In codice N, folio 19^v, transmissum nobis est index, siquidem non omnes includens, quaestionum quae in illo continentur, qui ad nostrum

* Investigador del Consejo Nacional de Investigaciones Científicas y Técnicas. Universidad Nacional de La Plata.

¹ Spettmann, H.: "Johanns Peckhami Quaestiones tractantes de Anima", *Beiträge zur Geschichte der Philosophie des Mittelalters*, XIX, 5-6, 1918. Doucet, V.: "Notulae bibliographicae de quibusdam operibus Fr. J. Pecham", *Antonianum*, VII (1933), 307-28; 426-59.

propositum, ad indicandum scilicet auctorem quaestio[n]is "De aeternitate", maxime iubat. Initio folij 19^a, enumeratio incipit hoc simpliciter declarando:

"Haec sunt quæstiones disputatae et determinatae per fratrem
"Ioanhem de Pecham Parisiis."

Sequitur enuntiatio, ex subiectis quaestio[n]um ordinata, quæ sic apparet in fine:

"Utrum beatitudo consistat principaliter in actu voluntatis vel
"intellectus

"Utrum aliquid sit factum de nihilo ordinaliter

"Utrum mundus potuit fieri ab aeterno

"

"Utrum concupiscentia et alii defectus insit homini ex natura

"Utrum defectus qui inest ab origine posuit habere ratio culpae.

"Tituli quaestio[n]um supra scripti omnes sunt in hoc volumine per-
"tractati. Sequentes vero non."

Quaestio[n]um in 19^b enuntiatarum, nulla assignatur ad Iohannem expresse, quamquam sine dubio omnes illæ etiam in volumine continentur. Sed, quod ad quaestio[n]em attinet "De aeternitate mundi", haec expressis verbis Iohanni Peckham tribuitur.

Tempus compositionis, aut melius expositionis, istius quaestio[n]is non potest sine dubio signari, sed, si ad indicationem hic explicite positam attendamus, haec disputata "Parisiis" videtur, quod terminum a quo, 1270, terminum vero ad quem 1277, attribuere permittit, sed nihil amplius vel magis explicitum, Nobis autem hoc tempus reduci posse videtur, signando terminos praedictos 1270 et 1274 certa probabilitate, sed hoc non nisi ex hypothesi affirmare ausi sumus.

Quod etiam multum ad cognitionem huius temporis doctrinae pertinet, scilicet comparatio rationum in hac quaestione explicitarum ad rationes aliorum auctorum et quaestio[n]um, respectu ipsius de aeternitate mundi subiecti, non est hic tangendum. Hoc ad liborem posterius facturum, haec omnia explicite distinguens pertinet, quod hic simpliciter propositum remanet.

CONSPECTUS SIGLORUM ET ABBREVIATARUM

N	: Codex Florentinus Bibl. Nationalis, C. Sopresi J.I.3, ff. 61 ^{ra} -63 ^{ra} .
L	: Codex Florentinus Laurentianus XVII; sin. 8, ff. 97 ^{ra} -99 ^{ra} .
:	: separat lemmata.
-	: separat partem verborum variationem portantem.
<>	: continent verba a nobis introducta in textu.
[]	: continent numerationem foliorum, et observationes in textu.
add.	: addidit.
a.m.	: alia manu.
cor.	: corruptum.
dub.	: dubium.
eras.	: erasit.
exp.	: expunxit.
homoi.	: homoioteleuton.
i.m.	: in margine.
i.t.	: in textu.
iter.	: iteravit.
inv.	: invertit. Virgula (,) interposita locum indicat inversionis.
ms.	: manuscripta. Ponitur ubi ambo habent textus eamdem variationem.
om.	: omisit.
s.v.	: supra versum.
(1,2...)	: numerus suprapositus, in apparatu, indicat versi locum in quo cadit verbum variationes habens.
PL	: Migne, Patrologiae Cursus Completus, Series Latina.
PG	: Migne, Patrologiae Cursus Completus, Series grecoc-latina.

In verborum transcriptione, hodierna, non manuscriptorum, graphia, usi sumus, qua de causa huius nulla in apparatu affertur notitia. Duplex vero apparatus veniuntur, textuum variationes refferens primus, et locos citatos alter. Ad istum quod attinet, nobis integrum scribere textum citatum prudentior visum est.

<IOHANNIS PECKHAM "Quaestio de aeternitate mundi">
[L. 97^{ab}/N. 61^{ab}]

Quaeritur utrum mundus potuit ab aeterno creari.

RESPONDITUR quod sic, quia dicit Dyonisius De Divinis Nominibus: "*Bonum est sui diffusivum*"; et Augustinus Contra Adversarium Legis: "*istorum producendorum causa sola bonitas Dei fuit*". Ergo, sicut 5 similiter sunt lux et diffusio lucis, sic bonum et diffusio bonitatis. Sed bonum fuit ab aeterno; ergo, et diffusio eius quae est creatio.

Item, Augustinus De Trinitate VI, cap. 1: *est coaeternus Patri Filius sicut splendor qui gignitur ab igne atque diffunditur coae- 10 vus est illi, et esset coaeternus si ignis esset aeternus.* [N. 61^{ab}] Si igitur ignis habet a se effectum diversum conevum sibi, ergo et Deus potest.

Respondetur quod creatura non potest capere aeternitatem. Contra, Augustinus ad Volusianum: *In rebus mirabilibus to[L. 97^{ab}]ta ratio facti est potentia facientis.* Sed creatio est operatio summe mirabilis; ergo, totaliter dependet a potentia Dei. Ergo, nulla im- 15 portentia repugnat a parte recipientis.

Item, quando creatura non est, nihil potest recipere, quantum est ex parte sui, nec esse nec aeternum esse, quia a pari est im- 20 possibilityas ad utrumque. Ergo, qua ratione potest recipere unum, et reliquum.

1. utrum: hoc supposito, si N creari: causari N 2. responditur: et ostenditur N 3. Adversa-rium: -ria N 9. splendor: g. add. sed exp. L diffu-nditur: -sivus era. N 10. coaevus: coaeternus ms. coaeternus: ce- L si., aeternus: om. L 11. habet,a se: inv. N 13. responde-tur: -batur N mirabilibus: arti- 16. mirabilis: miraculosa cub. N 19. ex: a N 20. re-cipere: ac- N.

1. "hoc supposito" N: scilicet mundum non ordinaliter creatum esse a Deo, quod expositum est in quaestione praecedenti.
2. Adduci solet textus De Divinis Nominibus IV, 3 (PG 3, 700 A), sed illic non inveniuntur verba hic allata. Ex dictis tamen Dyonisi facile sententiae sensus infertur, et hoc pacto, ut videtur, usus est illa et Sotus. Thomas Aquinas.
3. *Contra adversarium legis et prophetarum I, 7, 10 in fine (PL XLII, 609):* "Ideo quippe istorum faciendorum causa sola Dei bonitas fuit, quia necessitas eius illa non fuit".
4. *De Trinitate, VI, 1, 1:* "non intelligens etiam natum esse Deo sempiternum esse, ut sit coaeternus Patri Filius, sicut splendor qui gignitur ab igne atque diffunditur, conevus est illi, et esset conaeternus si esset ignis aeternus".
14. *Epistula 137 ad Volusianum, II, 8 (PL XXXIII, 519):* "In talibus rebus tota ratio facti est potentia facientis".

Item, plus potest Deus de nihilo quam creatura de aliquo. Sed si ignis fuisset ab aeterno, genuisset splendorem suum ab aeterno, ut dicit Augustinus. Ergo, Deus potuit mundum producere ab aeterno de nihilo.

Item, posita causa sufficienti ponitur effectus. Sed Deus est causa mundi sola et sufficiens. Sed haec causa fuit aeterna; ergo, et causatum.

Respondetur ad hoc argumentum quod non sequitur de causa voluntarie agente, quia eius effectus est secundum modum voluntatis sive. Contra: ergo, si voluisset mundum ab aeterno produxisse, potuisset.

Respondetur quod verum est quantum est ex parte sui. Contra: Deus, quantum est ex parte sui, nihil potest nisi quod posse esse est possibile, cum posse dicat respectum ad obiectum potentiae. Ergo, si Deus potuit ab aeterno mundum producere, quantum est ex se, mundus potuit ab aeterno produci.

Item, aequa potens Deus est producere finitum sicut infinitum. Sed produxit ab aeterno infinitum, scilicet, filium suum. Ergo, et potuit ab aeterno producere finitum.

Item, mundus non incepit esse; ergo, fuit ab aeterno. Probo prime: si incepit esse, aut in tempore aut in instanti. Non in tempore, quia inter ens et non ens non est medium. Ergo, incepit in instanti. Sed hoc est impossibile; ergo, non incepit. Quod sit impossibile probatur, quia eadem est ratio de mundi inceptione et eius desitione. Mundus autem, si desiniret, non desiniret in instanti. Hoc probatur sic: quia si mundus verteretur in nihilum, mundus, in sua adnihilatione, non esset, et adnihilatio mundi esset terminus sui esse. Sed et mensura adnihilationis esset cum adnihilatione, sicut mensura omnis motus est cum motu, et mutationis cum mutatione. Ergo, si adnihilatio est in instanti, instans est cum adnihilatione. Sed adnihilatio est post esse mundi; ergo, et ins-

22. creature: anima N 24. mundum producere ab aeterno: ab aeterno producere mundum N 26. sufficiens: -iens N 27. sola: solus N 29. Responde-tur: batur N de causa: om. L 31. Contra: si add. sed exp. L mundum, ab aeterno: inv. N 34. nihil: non N 35. est possibile: posse N respectum ad obiectum: rationem ad ordinem N 39. Sed... suum: om. L 40. potuit: possibile L 42. incepit: inci. L aut in tempore, aut in instanti: inv. L 43. incepit: inci. L 44-45. ergo, ...impossible: om. homoi. L 46. desitione: im. N decisione it. N 7. in: angelum add. sed exp. N 40. sui: om. N et: om. N cum: iter. N 51. instans, est: inv. N.

tans quod est eius mensura. Ergo, si mundus adnihilatur in instanti, instans est post esse mundi; sed hoc est impossibile, cum pars non sit sine loto nec accidens sine subiecto. Ergo, et caetera.

Respondetur quod adnihilatio est in nunc aeternitatis. Contra, quicquid est in nunc aeternitatis est aeternum; sed adnihilatio illa, hoc casu positio, non esset aeterna. Ergo, et caetera.

Item, si mundus non potest esse aeternus, hoc non nisi quia habet esse post non esse. Sed hoc est falsum; ergo, primum. Quod non habeat esse post non esse probatur, quia nec post secundum materiam, cum non esse non dicat materiam.

Item, quia prius tantum natura, similiter est tempore cum posteriori, sicut materia cum forma. Nec prius tempore, quia non prius erat tempus, nec prius aeternitate, quia non esse mundi non fuit in aeternitate. Sic enim, non esse, vel nihil esse, esset in perfectissimo esse [L. 97^{ra}], et negatio in affirmatione purissima. Ergo, et caetera.

Item, praeteritum et futurum sunt aequalia in suppositis; quicquid enim est praeteritum fuit futurum, et quicquid est futurum erit praeteritum. Ergo, qua ratione unum est infinitum, et reliquum est vel esse poterit infinitum.

Item, Boethius De Consolatione V: Nec Deus conditis rebus antiquior videri debet. Ergo, Deus non est antiquior mundo; ergo, si Deus aeternus, et mundus.

Item, in habitibus materiam, quod est ab agente per artem, est secundum modum agentis quantum patitur conditio materiae. Ergo, quod est ab alio sine materia est totaliter secundum modum agentis. Sed mundus sensibilis exprimitur a mundo archetypo sine preiacente materia; ergo, est secundum modum agentis omnino. Ergo, si mundus archetypus vel exemplaris est aeternus, etiam mundus [N. 61^{ra}] iste sensibilis erit aeternus.

52. est: om. N. 54. instans: om. N. est!: autem L. 57. Responde-tur: -batur L. 59. hoc: om. L. 61. Sed hoc: ergo N. 62. secundum: om. N. 63. materiam: naturam N. 64. similiter: i.m. N. 66. temp-us: -ore L. 67. aeternitate: -num N. 68. purissima: perfectissima N. 72. unum: prateritum add. sed eras. N. unum est: inv. N. infinitum: per infinitum L. 73. est: om. L. 74. conditio: -tor L. 78. quantum: om. L. 79. alio: aliquo L. 81. est: om. N.

74. *De consolatione philosophiae*, L. V, pros. VI, n° 349 (PL LXIII, 859): "Neque enim Deus conditis rebus antiquior videri debet temporis quantitate, sed simplici potius proprietate naturae".

Item, Deus est agens naturale et voluntarium. Si igitur pro-
 85 duxit de novo mundum, aut in quantum agens naturale, vel per
 principium quod est natura, aut per principium quod est voluntas.
 Si primo modo: sed natura agit uniformiter et determinate unum;
 ergo, aut ab aeterno produxit, aut numquam produxit. Si autem
 produxit in quantum agens voluntarium: sed non est impotentior
 90 voluntas quam natura; ergo, ab aeterno potuit producere sicut
 si ex natura potuisset.

Item, quod non repugnet conditioni creaturae produci ab aeter-
 no, probatur, quoniam, dicendo mundum creatum fuisse ab aeterno
 duo dico: et mundum semper fuisse, et semper esse ab alio habui-
 95 se. Sed in hoc, si aliquid repugnat rationi creaturae, quaero:
 aut quia potest esse ab alio eternaliter, et hoc non, quia Fi-
 lius est ab aeterno; aut quia potest *<esse>* ab aeterno in diver-
 sitate substantiae, et hoc non, quia si coelum fulisset ab aeterno
 100 motus fulisset aeternus, qui tamen essentialiter differt a coe-
 lo; aut quia in hoc nequipararetur Deo, et hoc non, quia aeterni-
 tatis eius esset aeternitali Dei incomparabilis, cum haberet partem
 post parlem, et sicut modo *<existit>* duratio mundi successiva,
 cum simplici aeternitate Dei sic potuisset, ut videtur, si ab
 aeterno fulisset.

105 Item, si Deus produxit mundum ex tempore proposito aeterno,
 mutatus est implendo propositum. Probatur quaestio: quia quod
 voluit ab aeterno producere, produxit cum actu voluit. Tamen,
 causa, aut sicut a parte mundi, et hoc non videtur, quia mundus
 110 cum produceretur nullam haberet causam suae productionis; aut
 sicut a parte Dei, et ita Deus, implendo ex tempore quod ab ae-
 terno disposuit, mutatus est.

Item, res habent comparationem ad causam materialem et effi-
 cientem; sed mutatum potest esse corporis materia, sicut cantus
 sono; ergo, et efficienti. Probatio: nihil fit de materia nisi
 115 cum mutatione materiae; sed, quod fit a Deo, fit sine mutatione
 Dei, et etiam sine mutatione proprie dicta eius quod est sic,

84. Deus: *om.* N 85. de novo: Deus N 89. produxit: -cit N 91. si: *om.* N
 92. non: producat add. sed exp. L conditioni: conditio ms. creaturae: -ae N
 94. esse, ab alio: inv. N 95. Sed: *om.* N creaturae: -ae N 96. eternaliter:
 essentialiter add. i.m. N non: est add. N 97. potest esse: est N in: *om.* N
 100. acquipararetur Deo: modo praepararetur dub. N motum aeternum implicat
 opposita i.m. N 102. existit: dub. L cur N 105. mundum, ex tempore: inv. N
 aeterno: ergo add. N 107. produxit cum: productum N Tamen causa: causa
 autem N 108. aut: *om.* L 109. hab-eret: -uit N 113. corporis: dub. L cor-
 porum N signatum parva + i.m. et it. 114. fit: est L 116. et: vel L propri-e:
 -a N sic: generatum N.

quia creatio non est mutatio proprie dicta. Ergo, magis potest aliquid creatum esse coaelatum Creatori quam materiae de qua est.

120 Item, Deus dat creature, aliquid mediantibus principiis suis, aliquid sine concursu aliquius principii, sicut in creatione; [L. 97^{vb}] sed, dat creature perpetuitatem sui esse, quia convenit suis principiis, a parte post. Ergo, potest eidem dare aeternitatem a parte ante, quam dat mediantibus principiis.

125 Item, productio creature ex tempore causam habet solam Dei voluntatem; sed quod ex sola causa tali pendet, ipsa sola mutari potest. Ergo, si Deus vellet, aliter esse posset vel fuisse potuisse.

130 Item, si mundus productus est in instanti hoc non potest esse, quia omne instans est copulatio duorum temporum, et ita ante tempus esset tempus.

135 Item, inter processionem aeternam, quae est in identitate essentiae, et temporalem, quae est in diversitate essentiae, medium est, vel processio in identitate naturae ex tempore, vel processio in diversitate naturae ab aeterno. Primum est impossibile; secundum, ergo, est necessarium.

Item, aut Deus ab aeterno potuit mundum producere et voluit, aut potuit sed noluit, aut voluit sed non potuit. Si primum est verum; ergo, produxit. Si secundum est verum, mundus fuit sicut de generatione Filii arguit Augustinus. Si tertium est verum, impotens fuit. Sed haec duo ultima sunt impossibilia; ergo, primum est necessarium.

Item, potuit fuisse mundus prius quam fuit per mille annos, et iterum per mille, et sic in infinitum. Ergo, ab aeterno potuit.

145 Item, De Ecclesiasticis Dogmatibus X: in principio creavit Deus omnia ut non esset otiosa Dei bonitas. Ergo, si non creavit ab aeterno, fuit otiosus ab aeterno.

117. mutatio proprie: inv. N dicta: om. N 118. creatum: om. N esse coaetatum: inv. N materiae: -ria L 121. aliquiuus: s.v. N aliquid i.e. N 122. crea-turæ: -tae N convenit: iter. N 123. eidem: idem L 125. sol-am-um N habet add. sed exp. L 126. quod: om. N pondet: dependens N sed exp. de- 130. omne: esse N copulatio: copula N ita: iam N 133. diver-sita-te: -tem L 134. est: esset N 135. secundum ergo: inv. N 130. est verum: ergo N 143. prius quam: mille annis antequam N 144. ab aeterno potuit: inv. N.

145. De Ecclesiasticis Dogmatibus: non inveni.

Item, Deus est causa rerum in triplici generu causae. Sed ad perfectionem exemplaris pertinet ut sit aeternum. Ergo, ad perfectionem efficientis similiter.

Item, si mundus incepit in aliquo [N. 61^{ab}] instanti, verbi gratia in A, ante A mundus non erat. Ante A autem, quando mundus non erat, dicitur B. Sed inter A et B, cum non sint simul, cadit medium, et tempus per consequens. Ergo, ante mundum fuit tempus.

155 Item, si sit aliqua prima mutatio, sit A; ergo, cum A incepit, prius fuit verum dicere A non esse actu sed potentia. Sed quicquid exit de potentia ad actum, exit per mutationem. Ergo, ante primam mutationem fuit mutatio.

Item, Augustinus videtur docere quod non sit impossibile mundum fuisse ab aeterno: Verum dicunt —De Civitate Dei, XI, c. 4— qui a Deo mundum factum fatentur, non eum temporis volunt habere, sed suae creationis initium, ut modo quodam vix intelligibili semper sit factus. Si mundus iste est vix intelligibilis; ergo, non impossibile. Nullum enim Deo impossibile est intelligibile, cum non sit impossibile apud Deum omne verbum, dicitur Lucas I.

Item, Deus non creavit mundum nisi quia bonum est mundum esse. Sed melius est esse ab aeterno, quam non ab aeterno, cum omne ab aeterno conveniat Deo. Ergo, et caetera.

148. triplici: rerum add. sed eras. N 150. perfectionem: entis add. sed eras. N 151. verbi gratia: videlicet L 152. in A: iter. N ante A¹: antea N A autem: inv. N 153. Sed: om. L non²: om. N endit: tempus add. L 154. tempus¹: tempore L mundum: medium L 155. fuit: D add. add exp. L actu: actum N 157. ante: om. L 158. mutationem: non add. N 160. fuisse: om. L dicunt: sit L Dei: om. ms. 161. fate-natur: -atur L 163. factus: Hoc Augustinus add. N Si: Sed N 165: cum: cui N sit: est N apud Deum: om. N 166. mundum¹: qui add. L 167. omne: esse N.

160. De civitate Dei, XI, 4, 2: "Qui autem a Deo quidem factum fatentur, non tamen eum volunt temporis habere, sed suae creationis initium, ut modo quodam vix intelligibili semper sit factus, dicunt quidem aliquid, unde sibi Deum videntur velut a fortuita temeritate defendere, ne subito illi venisse credatur in mentem, quod numquam ante venisset, facere mundum, et accidisse illi voluntatem novam, cum in illo sit omnino mutabilis".
 165. Luc. I, 37: "quia non erit impossibile apud Deum omne verbum".

CONTRA: *In principio creavit Deus coelum et terram.*, Genesis 1.

170 Et loquitur Moyses de principio temporis, quod continuatur per dies et annos infinitos enuntiatos in Canone,

Item, Avicenna VI Metaphysicae: *postquam res [L. 98^{ra}] ex seipsa habet non esse, sequitur hunc ut eius esse sit post non esse et fiat postquam non fuerat.*

175 Item, mensura est per quam cognoscitur quantitas; ergo, quae est operatio duarum invicem quantitatum, eadem erit proportio mensurarum surarum. Deus <autem> habet quantitatem virtutis, mundus habet quantitatem molis; mensura esse divini simplex est, mensura mundi tempus est. Sed, non est quantitas aliqua creaturae
 180 quae possit commensurari quantitati vel magnitudini divinae. Deus enim ita est in hoc mundo, quod posset esse in mundo alio, sed etiam esset maior in infinitum, nec etiam posset facere mundum sibi proportionalem. Ergo, nec duratio mundi potest ex aliqua parte aequari aeternitati. Sed aequaretur si esset factus ab aeterno.
 185 Ergo, impossibile est Deum creasse mundum ab aeterno.

Item, si mundus creatus est non in tempore, quia inter esse et non, esse purum non est medium, ergo creatus est in instanti. Quae-
 190 ro aut instanti initiali temporis, aut mediali, aut finali, cum non sit aliud cogitare. Tertium est manifeste falsum. Similiter et secundum, quia tunc tempus fuisset ante mundum. Ergo, creatus est in instanti temporis initiali; quod etiam patet per allam viam: cum enim creatio dedit mundo esse, ergo instans creationis fuit terminus essendi ipsi mundo a parte ante; sed nihil tale est vel esse potest ab aeterno. Ergo, et cuetera.

160. Genesis 1: *post contra N* 170. Et: *om. N* Moyses: *om. N* 171. et annos: *om. N* 172. Item: *contra add. N* VI: *6m. N* 173. seipsa: *se L* post non: purum *N* 175. quam: *quod N* 176. operatio: *actio N* proportio: *invicem add. N* 179. quantitas aliqua: *inv. N* 181. hoc: *om. N* alio: *om. N* 182. etiam¹: et *N* etiam²: *om. N* 184. aeternitati: *Trinitati N* 187. crea-tus:
 188. instanti: *om. N* initiali temporis, aut mediali: *mediali temporis*, aut initiali *ms.* 189. Similiter: *om. L* 191. temporis: *om. N* quod: *om. L* 193. tale: *huius N* 194. ab aeterno: *aeternum N*.

169. Gen. I, 1.

172. *Metaphysica*, Trac. VI, cap. 1 (*Avicennae perhypostatici philosophi ... opera in lucem redacta...* Venetis, 1508. fol. 91^{ra}): "postquam autem res ex seipsa habet non esse; sequitur hunc ut esse eius sit post non esse, et fiat postquam non fuerat".

195 Item, si mundus duravit per tempus infinitum, et duraturus est similiter per tempus infinitum. Tantum, ergo, durabit quantum duravit, et non plus. Ergo, sicut non impediente infinitate praeteriti temporis, totum tempus <sic fuit futurum> ut nihil eius <fuerit praeteritum>, similiter, non obstante infinitate temporis futuri, aliquando sic erit praeteritum ut nihil eius sit futurum. Sed illud cutus aliquando nihil erit futurum, penitus desinet. Ergo, tempus est infinitum futurum et tamen aliquando deficit omnino, quod est impossibile.

Item, creatio et versio opponuntur, et creatio incipit a non esse, sicut versio terminatur in non esse.

Item, versio respicit futurum sicut creatio respicit praeteritum. Ergo, sicut impossibile est mundum verti in nihilum, et tamen durare in infinitum a parte post, ita impossibile est mundum educum fuisse de nihilo, et tamen durasse per tempus infinitum a parte ante.

Item, si mundus duravit per tempus infinitum, et durabit similiter. Accipiantur ergo instans me[N. 62^a]dine diei quod sit A; dicaturque totum tempus praeteritum "A praeteritum", et omne tempus futurum "A futurum". Similiter, sumatur instans mediae diei quod sit B; dicaturque totum praeteritum "B praeteritum", et totum futurum "B futurum". Item, his suppositis, supponatur quod duorum aequalium, quicquid est maius uno, et reliquo, et quocumque unum est maius, reliquum. Item, supponatur quod quicquid sustinet alterum cum alio superaddito, sit maius ipso vel totum ad ipsum. Item, quod duo infinita, ab eodem indivisibili procedentia, sint aequalia. Ex hoc fit: "A praeteritum" et "A futurum". [L. 98^b] sunt aequalia, cum unum, per impossibile alteri suppositorum, non excedat ipsum nec ab ipso excedatur. Similiter "B praeteritum" et "B futurum" sunt aequalia, sed "B praeteritum" est maius quam "A praeteritum" et totum ad ipsum. Ergo, est maius quam "A futurum". Sed "B praeteritum" et "B futurum" sunt aequalia; ergo "B futurum" est maius quam "A futurum". Sed "A futurum" est totum ad "B futurum";

196. Tantum ergo: inv. N. Tantum: Deum add. L. 197. et non plus: om. L. praeteriti temporis: om. N. 198. sic fuit futurum: praeter sic L. praeteritum N. 199. fuerit praeteritum: sit futurum ms. similiter: ergo add. N. 201. Sed: si a.v.add. N. cuius: cum L. tamen N. futurum: om. L. 204-205. Item... in non esse: om. L. 205. esse: et terminatur add. sed era. N. 206. creatio: futurum add. sed era. N. respicit²: om. N. 209. et: tempus add. L. 211. duravit: -bit L. dura-bit: -vit L. similiter: om. L. 213. praeteritum: sit add. L. 213-14. "A praeteritum", et omne tempus futurum: om. L. 214. sumatur: que add. N. 216. his suppositis N. quocumque: i add. sed exp. L. 219. vel: et N. ad: om. L. 220. eodem: om. L. pro-cedentia: prae- N. 222. supposi-torum: -ti N. non: nec N. 223. ab ipso excedatur: excedatur ab eo N. B. praeteritum: inv. L. 224. maius: magis L. 226. maius: magis L. 227. malus: magis L.

ergo, pars est maior suo toto, posito quod tempus fuit sine initio

Item, omne esse est aliquod bonum, et duratio maior melior minore. Ergo, infinite maior, infinite melius alio. Ergo, impossibile est aliquid creatum infinito tempore durasse.

Item, mundus duravit duratione infinita. Sed mundus est proper hominem. Ergo, infiniti homines praecesserunt. Cum, ergo, animae rationales sint inmortales, sunt actu infinitae. Forte hoc non habebit pro inconvenienti qui voluerit contrarium sustinere; sed contra, infinita esse actu est omni philosophiae contrarium. Alter docet alius haereticus animas interire cum corpore, quod est contra omnes nobiles philosophos; vel dicet omnium hominum esse animam unam, quod est contra rectissimam philosophiam, quae formam propriam dicit esse propriae materiae, et unum esse motorem unius mobilis; vel dicet quod animae successive revolvuntur in corpora diversa, et hoc est a Philosopho improbulum et inter pythagoreas fabulas reputatum.

Item, [i verbum] I De Trinitate, capitulo VII, dicit quod id quod est a seipso est aeternum. Ergo, per oppositum, quod non es a seipso est ex tempore; et loquor de eo quod est ab alio essentialiter diverso. Hac consequentia sic probatur: quod est a seipso, eo ipso habet et esse posse; et quicquid aliud est ab ipso, ab ipso participat esse et posse. Sed nullum participans ab altero aequatur in aliqua conditione illi quod participat. Ergo quod participat, recipit esse participatum ab eo quod est aeternum <sed> non recipit ab aeterno.

Ad hoc respondetur quod, si mundus semper fuisset, non tam Deo parificaretur, quia esse divinum est esse totum simul. Contra, nequaretur suo modo, quia tantum durasset quantum aeternitas Dei.

Item, omne pertransitum et acceptum est finitum. Ergo, si omnes revolutiones coeli sunt pertransitae, sunt finitae.

Ad hoc respondetur quod transitus intelligitur a termino interminum; quaecumque autem praeterita dies signetur, finitae sunt dies ab illa ad istam, et tamen non oportet quod omnes sint fintae. Contra, coelum pertransit revolutionem diurnam istam et aliam; ergo, si infinitae revolutiones praecesserunt, finitum transivit infinita, quod est contra rationem infiniti, [N. 62^{rb}] cuius ratio est quod, eius quantitatem accipientibus, semper est aliquid accipere extra.

230. alio: alia L 233. Cum: post rationales N 235. vbi-uerit: -et L 238. di-
et: -it L 239. rectissimam: om. L motorem: mortem N 241. dic-erit: -it L
242. pytago-reas: -ricas L 244. Post Item nomen non intelligitur in mss. VI
VIII N quod: quia N 249. ab ipso: om L 250. aquatur: aquat N 251.
illud N 251. quod: si L 251-252. recipit esse... non recipit: deficit L 253.
esse totum: inv. N 255. quantum: sicut N 257. sunt pertransitae: inv. N
sunt²: om. N 258. transi-tus: -tio N 259. fintae: -ti N 260. tamen: om.
finitae: -ti N 262. transitivit: transit L 264. aliquid accipere: inv. N.

Item, omne praeteritum fuit futurum. Totum tempus praeteritum est praeteritum; ergo, totum fuit aliquando futurum. Sed quando totum fuit futurum, fuit in principio sui esse et durationis; ergo omne tempus habuit initium suae durationis.

270 Item, omne quod factum est, aliquando fuit in fieri. Sed mundus factus est. Ergo, aliquando fuit in fieri, hoc est, in aliquo instanti; sed nullum instans [L. 98^{ra}] distat ab instanti infinite. Ergo, mundi creatio praecessit finite hoc instans.

275 Item, in causis efficientibus non est abire in infinitum. Ergo, si pater est causa filii, non praecesserunt patres infiniti.

Respondetur quod in causis per se ordinatis ad effectum aliquem, non est abire in infinitum, sicut quod lapis moveretur baculo, et baculus a manu, et hoc in infinitum. Sed in efficientibus per accidens ordinatis, non est impossibile; verbi gratia, accidit huic homini generare in quantum est genitus ab alio, quia generat in quantum homo, non in quantum genitus ab alio. Contra, infinitas in causis accidentaliter ordinatis non potest esse nisi ab infinita virtute creatoris. Cum igitur inter effectum istum signatum et Deum, qui est infinitus simpliciter, sint infiniti gradus causarum possibles, non est ratio quare non possit esse infinitas in causis ordinatis essentialiter, sicut in ordinatis accidentaliter.

290 Item, ratio secunda videtur esse contra hoc, quae est talis: in agentibus ordinatis, primum est causa mediet, et medium est causa ultimi, sive sit unum, sive plura media. Remota autem causa, removetur illud cuius est causa. Remoto igitur primo, medium non potest esse causa; sed si procedatur a causis efficientibus in infinitum, nulla causarum erit prima; ergo, nulla erit causa. Istud sequi videtur tam in causis essentialiter quam accidentaliter ordinatis.

267. est praeteritum: om. L fuit: verum add. sed exp. N totum...futurum: fuit totum futurum ergo fuit aliquando L 272. instanti: vacuum in N 276. causis: ordinatis add. N 277. quod: cum N move-retur: tur a N 280. est genitus: inv. N 281. ab: om. L 284. et: ut N 285. esse: om. L 288. secunda: etiam metaphysicae N quae: et N 291. illud: id L igitur: ergo N 292. procedatur: per se datur L 293. causarum: quarum N causa: secunda L 294. sequi videtur: inv. N 295. ordinatis: Item, per consequens, in fine add. N.

RESPONSIO. Creatio mundi ex tempore, quamvis sit articulus fidei, tamen ratione, ut videtur, potest investigari; nec hoc est in periculum fidei, dum non proprius rationem fidei assentitur, sed merito fidei ad eius intelligentiam pervenitur. Unde, qui si
 300 ne fide de creatione locuti sunt, omnes erraverunt vel diminute sunt locuti, eam non attribuendo Deo vel eam attribuendo alio a Deo. Mundum igitur fuisse ex tempore et non ab aeterno creatum, patet considerando: primo, in ipso veram posteritionem fiendi;
 305 secundo, participationem essendi; tertio, modum suae originis, quarto, mensuram suae productionis; quinto, totum decursum temporis.

Primo, dico, considerando posteritionem temporis, fieri mundi, quantum suum fieri, vere transiit in praeteritum. Omne autem praeteritum aliquando fuit praesens et non praeteritum; nullum autem
 310 tale fuit ab aeterno. Ideo dicit Augustinus Super Genesim contra Manichaeum: *non coaevum Deo mundum dicimus, quia non eius aeternitatis est mundus cuius aeternitatis est Deus. Mundum quippe Deus fecit et cum ipsa creatura quam fecit Deus, tempora esse incooperunt.* Ergo, si fecit, fieri transiit in praeteritum, quod est temporis initium.

Item, secundo, considerando participationem essendi. Eo enim quod participat esse, non habet esse plenum, sed contractum et limitatum, et quantum ad essentiam, et quantum ad modum. Igitur, sicut participat esse finitum, sic et modum essendi finitum. Sed
 320 habere esse sine initio vel principio, dicit modum [L. 98^{ra}] essendi infinitum. Ergo, non [N. 62^{ra}] convenit habenti esse participationem. Quod dicat talem modum essendi patet, quia excedit omne esse ex tempore in infinitum.

Item, quia secundum hoc tantum est suum esse, vel tan diuturnum extensive, sicut esse divinum intensive, et tam longa tempo-

286. quamvis: quam vix L sit articulus fidei: inv. N 297. tamen: non L est: tamen add. L 301. sunt locuti: om. L locuti: a.m.i.m. N non: om. N vel: superflue add. L eam attribuendo: attribuendo etiam eam N 302. fuisse: -set N 303. considerando, primo: inv. L 304. suae originis: iter. L 305. totum: om. N 308. fieri: iter. L 311. Deo: dico N mundum: dus N 313. Deus²: om. N 314. incooperunt: cooperunt N Ergo: igitur L 315. initium: dub. in. ms. 319. partici-pat: -pat N 320. initio vel principio: initiatione dub. N 321. convenit: om. N 322. talem: multipliciter N 325. intensive: T add. sed exp. L temporis volubilitas: inv. N.

311. *De Genesi contra manichaeos*, L. I, cap. 2, par. 4: "Non enim coaevum Deo mundum istum dicimus, quia non eius aeternitatis est hic mundus, cuius aeternitatis est Deus: mundum quippe fecit Deus, et sic cum ipsa creatura quam Deus fecit, tempora esse coeperunt: et ideo dicuntur tempora aeterna. Non tamen sic sunt aeterna quoniam aeternus est Deus, quia Deus est ante tempora, qui fabricator est temporum".

ris volubilitas quanta simplicitas aeternitatis, quod est impossibile, sicut invenire mundum tantum quantitate molis sicut Deus est quantitate virtutis. Unde Augustinus, De Civitate Dei, XI, cap. V: *Si infinita spatia temporis ante mundum cogitant, in quibus eis non videtur Deus ab opere cessare potuisse, similiter cogitent extra mundum infinita spatia locorum; quia idem est iudicium de ante et de extra mundum.* Vel si dicas non esse simile, quia ponere magnitudinem infinitam est ponere infinitum actu, sed ponere tempus infinitum non est ponere infinitum actu, quia partes non sunt simul: contra, tempus est aliquid ens; ergo, tempus infinitum, ens vel essentia infinita creatae durationis, aequans aeternitatem Dei, et si non in simplicitate, tamen in durationis inmensitate a parte ante.

Item, quod modus sit infinitus, probatio, quia infinitas a parte post primo est possibilia, quia semper est actu finitum quod acceptum est, et infinitum in potentia tantum; sed in infinitate a parte ante est, econtra, infinitum in actu et in potentia. In actu numquam, quia tantum habet in actu quantum habet acceptum, et in potentia, ut de futuro dictum est. Haec sententia colligitur ex Augustino, Super Genesim contra Manichaeum, dicente: *cum ipsa creatura quam fecit Deus tempora esse cooperant, et ideo dicuntur aeterna tempora; non tamen sic sunt aeterna tempora quomodo aeternus Deus, quia Deus est ante tempora, qui fabricator est temporum, sicut omnia quae fecit Deus bona sunt valde, sed non sic bona sunt quomodo bonus est Deus qui illa facit.* Ergo, ex his vobis patet quod, sicut bonitas est penitus infinite bonitatem minor, ita duratio duratione.

328. Dei: om. N 329. V: 8 N 330. eis, non videtur: inv. N 331. idem: Id N 332. Vel: quod N simili: -lem N 333. sed ponere: ponere autem N 334. infinitum actu: aliquid actu infinitum N quia: quod N 339. Item: si add. sed exp. L 340. post: ante N om. L primo: prima L actu: actum N 342. a: ante N 344. est: om. L 347. sunt: etiam N 350. patet: om. L 351. bonitate minor: inv. N.

329. De Civitate Dei, L. XI, cap. V: "Nam si infinita spatia temporis ante mundum cogitant, in quibus eis non videtur Deus ab opere cessare potuisse, similiter cogitent extra mundum infinita spatia locorum, in quibus si quisquam dicat non potuisse vacare omnipotentem, nonne consequens erit, ut innumerabiles mundos cum Epicuro somniare cogantur; ea tantum differentiatione, quod eos ille fortassis motibus atomorum gigni asserit et resolvi, isti autem opere Dei factos dicturi sunt,..."

345. Cfr. nota ad versum 311.

Item, tertio hoc patet ex modo suae originis, quia est ex nihilo, et ita aliquando non fuit. Sed respondetur quod intelligendum est negative: mundus factus est ex nihilo, hoc est, de non aliquo, ita quod non esse non praecessit esse secundum durationem, sed esse mundi nihil praecessit. Sed istud improbat per rationem praetactam, quoniam, sicut versio in non esse non potest stare cum infinite a parte post, ita nec eductio de non esse cum infinite a parte ante.

Item, accipere esse non de aliquo, dicit maiorem novitatem quam accipere esse de aliquo, quia quod accipit esse ab aliquo non totaliter producitur, sed secundum quid prius fuit. Sed si mundus factus fuisset de aliquo, habuisset esse novum et ex tempore, ut probat Philosophus; ergo, multo magis si habuit esse non de aliquo, habuit esse novum necessario. Damascenus, cap. 8: *creatio ex Dei voluntate opus existens, [L. 99^{ra}] non coeternum est cum Deo, quia non aptum natum est, quod ex non ente ad esse deducitur, coeternum esse ei qui sine principio est, et semper est.* Et haec est 370 etiam ratio Anselmi, Monologium 24. 8.

Item, hoc patet ex mensura suae productionis, quae est nunc aevi vel nunc temporis. Nunc autem creationis est terminus sui esse a parte ante; quod autem habet terminum initiale, non habet essendi infinitatem. Ergo, si mundus productus est in tempore, productus est in temporis initio. De instanti productionis dicit Hugo, Parte prima, cap. V: *credimus unum et idem prorsus momentum temporis fuisse, ut in tempora creata sit rerum visibilium corporaliumque materia.*

355. ex: da N 358. praetactam: primo tactam N 361. malorem novitatem: motoris novitatem maiorem N 363. producitur: producit N quid: aliquid N 365. multo magis: multomagis N non: om. N 367. coeter-num: -na N 368. ex non: in N 371. Item: om. L 375. in: vel L temporis: om. N.

364. Textum ad litteram non inveni, sed legitur in *De fide Orthodoxa*, L. I, cap. VIII, n^o 133 (PG XCIV, 814 A): "creatio autem in Deo, cum sit voluntatis opus, Deo profecto coetera non est. Haud enim natura comparatum est, ut quod ex nihilo producitur eamdem cum eo quod initio caret, et semper natus est, aeternitatem aut perpetuitatem habeat".

370. *Monologium*, cap. XXXIV: "Quomodo melius intelligi possit esse semper quam in omni tempore".

376. *De Sacramentis Christianae fidei*, L. I, Pars 1, cap. V (PL CLXXVI, 189): "Sed nec illud, quantum opinor, absurdum erit, si credimus unum et idem prorsus momentum temporis fuisse quo in principio creata sit et rerum visibilium corporaliumque materia, et invisibilium in angelica natura essentia";

[N. 62^{ab}] Item, hoc patet considerando decursum temporis, quo-

380 niam revolutio una tardior est quam alia, quia plures praecedunt unam quam aliam, sicut posterastina tardior est quam hodierna. Igitur, revolutio omnis quam infinitae praecedunt vel praecesserunt est infinitae tarditatis. Sed quod est tale numquam eveniet. Ergo, si mundus infinito tempore duravit, hodierna vel crastina revolutio numquam eveniet. Ideo dicit Augustinus, De Civitate XII, cap. XV: *tempus, quoniam mutabilitate transcurrit, aeternitati immutabili non potest esse coeternum; et ita, motus, quibus tempora peraguntur, creatori coeterni esse non possunt.*

Dico, igitur, quod mundus nulla modo capax fuit aeternae vel

390 interminabilis durationis. Qui autem posuerunt mundum Deo coeternum, ex falso fundamento ad hoc moti sunt, vel quia sine mundo Deum credebant esse otiosum, vel quia immaginati sunt spatium temporis praecessisse mundum, vel quia non credebant Deum aliquid facere novum nisi voluntate affectum et per consequens mutatum. Unde 395 Augustinus, XI De Civitate, cap. IV, loquens de ponentibus mundum aeternum, dicit: *Dicunt quidem aliquid unde sibi Deum videntur velut a fortuita temeritate defendere, ne subito illi credatur venisse in mentem quod numquam ante venisset, facere mundum, et accidisse illi voluntatem novam, cum in nullo omnino sit mutabilis.* Quae 400 falsa fundamenta Augustinus refellit, ut patebit respondendo ad argumenta.

AD PRIMUM, de diffusione boni et lucis, dicendum quod duplex est diffusio boni illius vel lucis: quaedam est diffusio boni interior, per aeternas emanationes; quaedam exterior, per rerum naturalium productionem. Interior, de necessitate est aeterna, propter uniformitatem et perfectissimam actualitatem divinae naturae. Secunda autem, quae est naturalium et temporalis, de necessitate est secundum quod congruit creaturae. Unde, sicut universum est finitum, nec capax infinitatis in magnitudine, ita nec tempus ca-

381. unum: unum N 386. XV; XX L 387. coeternum: aeternum N 388. peraguntur: creatae ad. sed eras. N 391. fundamento, ad hoc: inv. N 392. esse: n. N spatium temporis: inv. N 396. quidem: quidam N aliquid: aliquem L unde sibi: inv. L 397. fortuita: fortuitate N creditur: creditur N 403. boni illius: inv. N vel lucis: om. N est diffusio boni: om. N 404. emanationes: n. add sed exp. N 404-05. naturalium: temporalium N 405. necessitate: propter add. sed eras. N 407. Secunda: secundum L naturalium (dub. L) et temporalis: temporalium et temporis N 409. infinitatis: infinitas N

386. De Civitate Dei, L. XII, cap. XV, 2: "tempus autem, quoniam mutabilitate transcurrit, aeternitati immutabili non potest esse coeternum".

390. Cfr. textum in nota ad versum 160.

410 pax erit infinitis actualis ex aliqua parte, et ideo ipsum, cum sit pars universi, certo termino et mensura est pervenit. Alter, finitum esset suscepturum modi infiniti, ut dictum est. Et quod dicit [L. 99^{rb}] Augustinus, quod sola bonitas Dei fuit causa istorum, deo quod verum est, sed non causa defectum, sicut novitas et veritatis et parvitas, quae sequuntur creaturam in quantum ex nihilo; novitas, quia ab alio facta est; veritatis, quia de nihilo facta est; parvitas, quia participative facta est.

Ad secundum, dicendum quod aeternitas soli Deo convenit, nec potest alio convenire, sicut dicit Augustinus, Super Genesim 8: *Incomparabilis est natura Trinitatis, et ob hoc ita aeterna ut aliquid ab hoc ei coaeternum esse non possit.* Quod etiam plures non possunt esse aeternitates, probat Anselmus De Incarnatione Verbi, cap. XIV. Tamen, aliquando aeternum dicitur largius, sicut Genesis 3: *Ne sumat de ligno vitae et comedat, et vival in aeternum;* scilicet per magnum spatium temporis. Sic, ubi Apostolus dicit II ad Thymotheum, scilicet, *quae data est nobis ante tempora saecularia.* Ibi littera Augustini habet ante tempora aeterna quod exponit Super Genesim contra Manichaeum, I, dicens: *mundum fecit Deus, et cum ipsa creatura quam fecit Deus tempora esse cooperant, et ideo dicuntur aeterna tempora.* Ergo, sensus est: si ignis fuisset aeternus, hoc est, quantumcumque amplius fuisset quam fuit, vel si fuisset a principio temporis, in specie distinctus; quod si dicuntur aeternum, Deo conuenit, implicatio est oppositorum, quia ponit accidens infinitum in subiecto finito, et sequitur ut splendor esset aeternus, sicut posito impossibili sequitur quod impossibile implicatur.

410. erit: erat N 412. suscepturum: susceptum N 416. de: ex N 418. potest: fecit N 419. alio: alli ms. 420. hoc: om. N 421. ab: ci ad N 422. aeternitates: trinitates N 423. aeternum: si add. sed exp. L. sicut: super (dub.) add. L 425. ubi (dub. L): hic N. 426. littera: dub. ms. 428. I: om. L 490. ignis: esset add. sed exp. L. hoc: ergo add. sed exp. L 431. a: in N 432. principio: ipso add. N 433. conuenit: cone add. sed exp. L 435. posito impossibili: om. L impossibi-le: -li ms.

419. *De Genesi ad litteram*, L. VIII, cap. 23, n° 44: "Verum quia omnino incomparabilis est illa natura Trinitatis, et ob hoc ita aeterna, ut ei aliquid coaeternum esse non possit, ipsa apud ipsam et in ipsa sine ullo tempore ne loco, movet tamen per tempus et locum sibi subditam creaturam".

422. Argumenta Inveniuntur sub numero XV: "Aeternitates autem plures intellegi nequeunt".

423. *Gen. 3, 22:* "Ecco Adam quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum et malum; nunc ergo ne forte militat manum suam, et sumat etiam de ligno vitae, et comedat, et vivat in aeternum". (*Vulgata Latina*).

425. II Tim. 1, 9: "secundum propositum suum, et gratiam, quae data est nobis in Christo Iesu ante tempora saecularia".

426. Cfr. textum in nota ad versum 811.

tur; et sic dicendum de ves[N. 63^{ra}]tigio pedis in pulvere, rationibus consimilibus.

Ad tertium, dicendum quod tamen ratio facti est potentia facientia, sed tamen defectibilitas sequitur creaturam in quantum ex nihilo est, cuius causa Deus non est. Item, cum dico "positio rei creabilis", licet nihil dicam positive nisi potentiam creatoris, dico tamen cum hoc privationem prohibitionis sui esse. Quaedam enim prohibent suum esse, ut omni in quorum intellectu negatio etiam dicitur; licet igitur, creabile non dicat potentiam aliam a potentia creatoris, tamen excludit impedimentum, quia termini non repugnant.

Ad quartum, dicendum quod non est impotentia a pari ad utrumque, quia in eo quod est creaturam esse aeternam, opposita clauduntur, non autem in eo quod est creaturam creari...

Ad quintum dicendum quod plus potest Deus de nihilo in eo quod posse est posse, sed hoc posse non est posse.

Ad sextum, dicendum quod illud argumentum procedit ex falsa immaginazione, quia Deus spatio mundi praecessit. Amplius dico quod Deus nihil potest velle nisi secundum leges sapientiae; ideo non potest velle aliquid infinitum in esse, subiecto finito.

Et sic patet ad septimum.

Ad octavum, dico quod verum est ex parte sui, protanto, quod non procedit ex impotentia quod non producit, sed tantum non congruit omnino potentiae sue.

Ad aliud, dicendum quod neque potens est producere finitum sicut infinitum, sed non simul finitum et infinitum.

Ad undecimum, dicendum quod non est simile de creatione, quae terminatur ad esse et ideo potest habere mensuram, et de versione, quae [L. 99^{ra}] terminatur ad non esse, et quia est defectio et ideo sibi nulla respondet mensura. Sed ipsum esse habet ultimum instans in esse, cui nihil succedit nisi non esse.

<Desunt ceterae responsiones>

439. defec-tibilis: defac- N 440. est¹: om. N 442. prohibi-tionis: proba- N 444. potentiam aliam: inv. L 447. impotentia: argumentum L 452. sextum: 6 N 455. velle: om. L 456. septimum: VII N VI^m L 457. octayum: 8 N VII^m L 458. impotentia: in potentia L 460. potens est: iter. L 462. undeci- mum: XI N aliud L dicendum: om. L termi-natur: -natur N et²: om. N 465. sibi nulla: inv. N 466. in: sin L.